



~~EX BIBLIOTH.~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-15.

SIGNAT. 6105 CCCXIII.

einzeln verzeichnet 4. III. 1915

Dissert. theol. Vol. 35

1. J
2. v
3. v
4. g
5. s
6. v
7. g
8. g
9. g
10. g
11. g
12. g
13. g
14. g
15. g
16. g
17. g
18. g

Q. F. F. Q. S.
DISSERTATIONEM POSTERIOREM

De

ASPHALTITE

Occasione Di&ti

Gen. XIV. comm. 3.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

Serenissimo Principe ac Domino

DOMINO

FRIDERICO AUGUSTO,

Electoratus Saxonici Haerede,

&c.

In Academia Vitembergensi

Ventilationi exponunt,

PRÆSES

M. GVILIELMUS WILCKIUS,

Memela-Borussus,

& RESPONDENS

JO. GEORGIUS SCHULTZIUS,

Nürnberg. Phil.Cand.

In Auditorio Collegii veteris,

ANNO MDCC VI. die 28. Aprilis.

VITEMBERGAE,

PRELO CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.

DISSERTATIONEIS FOTI HEDORN

ASPALTTE

RACORAE MAGNETICAE CIRCAZIMO

DONINO

FREDERICQ MARCHSTO

HEGELIANA Saxonica

MARITIMA ET HISTORIS

JO GEORGIAE SCHUTZIUS

IN AEGAEIS

ANATOLIAE ET TURCIAE

ARMENIAE ET TURCIAE

PERUO CHILIENSIS SEDIMENTARIAS ANNIS TUT

S. XII.

Recensuimus in priori Dissertatione ea de Asphaltite, quæ Geographiam spectant; restat jam, ut memorabilia ab optimis rerum naturalium perscrutatoribus passim de Asphaltite consignata paucis adponamus, eaque annexis fundamentis Physicis clariora & evidentiora reddamus, ne fabulis accensenda & annumeranda videantur.

S. XIII.

Inter ea non immerito refertur Bitumen, Germanice Jüdenstein / Jüdenpech / Erdpech dictum, quod magna copia in hoc lacu Asphaltitico seu bituminoso reperitur, prout referunt auctores ad unum omnes. Sic enim Josephus Lib. V. de Bello Jud. cap. 5. ait: *multis in locis vomis nigras bituminis glebas, que super undam & habitu & magnitudine tauris sine capitibus natant assimiles. Ad eas autem cum lacus exercitores accesserint, nauci quod ageretum est, ad naves trabunt, & quia lentum est, repletas eas abrumpere nequeunt, sed quasi relegata scapula pendet a cumulo, donec mensruo mitteris atque urina solvatur.* Hæc Josephus. Perspicue quoque de eo narrat Tacitus Lib. V. Hist. Cap. 6. §. 7. inquiens: *certo anni (sc. tempore) bitumen egerit, cuius legendi usum, ut cæteras artes, experientia docuit. Ater suæ natura liquor, & sparsa aceto concretus, innatans. Hunc manu captum, quibus ea cura, in summa navis trabunt. Inde nullo juvante influit, oneratque, donec absindas. Nec absindere aere ferrove possis: fugit cruentem vestemque infectam sanguine, quo fæmine per menses exsolvuntur.* Nec dissentit Solinus in Polyhist. cap. I. f. 4. (edit. Salmas. Traject. 1680. in fol.) dicens: *bitumen in Iudea Asphaltites gignit lacus adeo lendum molli-*

tie glutinosa, ut à se negueat separari; enim vero si abrumpere partem velis, universitas sequetur, si indique non potest, quoniam in quantum ducatur, extenditur, sed ubi admota fuerint cruento illo monstruo polluta sera, sponte dispergiuntur, & applicata tibi diducitur, paulo ante corpus unum, si que de tenacitate connexa contagione partitio repentina. H. L. Vid. Plinius Hist. Nat. Lib. VII. cap. 15. Bochartus in Geograph. Sacra Part. I. Phaleg. Lib. I. cap. XI. p. 46. a. b. c. Bünting. Itiner. Scripturæ S. Part. I. p. 76. Bocardus in Descr. Palestinæ p. 30. Jac. Zieglerus in descr. Terræ Sanctæ p. 24. b. Casp. Barthius Lib. IX. Adversar. cap. 8. aliquie.

§. XIV.

Hoc bitumen suam debet originem puteis bituminis in planicie vallis Siddim olim positis Gen. XIV. 10. Hic enim locus à Rege Sodomæ eo consilio & dolo ad conflictum delectus, ut hostes Babylonii horum locorum ignari, utpote peregrini, in hos puteos pugnando corruerent; sed severo Dei judicio secus factum, ut ipsi metu Sodomitæ vieti & perculsi, partimque gladio necati, partim vero ex trepidatione & præcipitatione fugiendo in hos puteos bituminis cortuerent, uti docet vers. idem. Hocque ante eversionem factum; post vero totalem hujus vallis exustionem, bitumen hoc, quod puteis inhærebat antea, in lacum Asphaltitem mersum, uti ex historia Biblica patet, manifestumque est. Hoc non obscure indigitant verba libelli cuiusdam gallico idiomate conscripti (cujus nomen auctoris præfixum non est, nî fallor tamen Jo. Clerici est) dicti Bibliothèque Universelle & Historique de L'Année M DC XCIII. Tom. Vint-Quatrième p. 398. notanter hoc modo: *Cela étant ainsi, Dieu fit perir les habitans de quatre villes de cette plaine en faisant tomber la foudre dans*

dans ces puits, & en allamant le bitume souterrain, dont ce
pays étoit plein. Ces mines de bitume étant enflammées
causerent sans doute un grand tremblement de terre, & la
matière combustible s'étant consumée, le terrain s'abaissa,
& il se forma un lac de l'eau, qui y couloie ; laquelle eau se mêla
avec le bitume, & fit le Lac Asphaltite, dont on en tire une
grande quantité encore à présent.

§. XV.

Ex allatis & allegatis §. XIII Historiorū de bitumine
Judaico testimonis perspicue unicuique colligere licet,
mirabilem hujus Bituminis scissionem & collectio-
nem, quod adeo tenacis lentoris esse perhibetur, ut
non nisi fœminarum menstruo sanguini cedat, & quod
ferro domari & secari non possit, sed ejus tactu facil-
limo modo divellatur & sejungatur. Evidem non ne-
go, magnam à multis Physicis, præsertim veteris ævi,
vix menstruo sanguini mulierum attribui. Ut alios
sicco, quod ajunt, pede hac vice præteream, Plinii
assertionem in medium attulisse sufficiat, is statuit Lib.
XXVII. Hist. Nat. cap. 7. & Lib. VII. c. 15. novellas vites
ejus per necari contractu, rutam & hederam illico mori,
apes tactis aleariis fugere, lina nigrescere, aciem in
cultris tonsorum hebetari, æs grave virus & æruginem
contrahere, equas, si sint gravidæ, tactas abortire, canes
epoto menstruo in rabiem abire, homines in heæticā &
phthisin, si ipsis à veneficis in potu porrigitur, deve-
rire, oleas contactas sterilescere, & alia valde noxia potu
& tactu provenire sentit. Hos tamen mirabiles effectus
sanguinis menstrui Medici Doctores jure meritoque
rident. Vid. Magnifici h.t. Acad. Viteberg. Pro-Rectoris
D. Bergeri Physiologio Medica sive de natura humana
Lib. I. cap. 20. p. 253. Falsum enim est omnem sanguinem
menstruum venenatum esse, sive venenatos, & pessi-

mos effectus producere, eo quod non tantum fœdus
color, fœtor & acrimonia in eo obseretur, verum
etiam mares cohabitantes inficiat, & loco Philtri sæpi-
us datum fuerit, prout constans veterum Physicorum
sententia fuit, sed modo illum à foeminiis morboris seu
fœdissimo turpissimoque morbo v. gr. Gallico infectis
excretum; enim vero sanguis menstruus à foeminei
generis hominibus sanis excretus bonus & purus est,
nec ullum virus admixtum habet, adeoque nec vene-
natos & pessimos effectus producere valet, prout eru-
dite observat alter Medicorum Hippocrates Magnis.
Dn. D. Vater in Physiologia sua experimentis & de-
monstrationibus Mechanicis, Chimicis & Anatomicis
illustrata & confirmata Sect. VII. Art. II. cap. III. qu. 4.
p. 644. qui fusius prolixiusve ea de re legi meretur.
Posito itaque hoc fundamento, sanguinem menstru-
um venenatum non esse, sponte corruit illa veterum
sententia, qua dicunt, bitumen lacus Asphaltitis nullo
alio modo, quam admoto cruento menstruo dissolvi
posse, cum primo sanae rationi manifeste repugnet:
omnem enim rem, et si tenacissimam, ferro, si vis ad-
hibeatur, scindi posse, quis est qui neget. Deinde si
sanguis menstruus tanta non gaudet vi & efficacia, ut
fila eo polluta consumat, multo minus bitumen admix-
tum est, solvere posset, bitumen Judaicum, præsta-
ret venenum commune adhibere quod majorem ha-
bet vim & efficaciam; sed falsum est posterius ergo
& prius. Quarto illi quoque qui bitumen hoc ab in-
diginis extrahi viderunt, nihil tale observasse faten-
tur, de quo videatur Itinerarium Petri Vallei alio-
rumque. Quid quod Tacitus verbis §. 13. citatis pri-
us

us ex mente aliorum locutus hæc subjugat verba: Sed
gnari locorum tradunt, undantes bitumine moles pelli, ma-
nuve erahia d littus. Mox ubi vapore terra, vi solis inaruerint,
securibus cuneisve ut trabes aut saxa discindi. Sic etiam
sentiunt Zieglerus in Deser. Terræ Sanctæ p. 24. b. aliiq.

§. XVI.

Bitumen hoc picis instar ardere refert Büntingius
Itiner. Script. S. Part. I. p. 76. his verbis: Es wirfft
grosse schollichte Leimkuchen in die Höhe/ die brennen
gleich als Pech/ und schwimmen darinnen als grosse
Ochsen/ ohne daß sie keine Köpfe haben. Si senten-
tia hæc firmo nititur talo, dixerim, sulphur in Asphalti-
te contentum æstu Solis accendi, hoc vero bitumen
illud, quod etiam in hoc lacu reperitur rursus accen-
dere.

§. XVII.

Utilitates quibus bitumen hoc præditum est expo-
nit Josephus Lib. V. de Bello Jud. c. 5. his verbis: est
utile non modo ad compagines navium, sed ad corporis quo-
que curationem multis remedis admiscetur. Et Büntin-
gius c. l. inquit, Dies Pech und Schwefelichter Leim/
dienet nicht allein dazu/ daß man die Schiffe, damit
verpichen kan/ sondern man gebraucht es auch in vie-
len andern Argencyen. Destillationi commissum,
præbere nigrum oleum ignis rapacissimum, & præ-
terea ingredi balsama, emplastra & suffumigia statuit
Magnif. D. Vater, in Physiolog. Sect. V. c. 5. th. III. p.
356. Vid. Bochartus in Geograph. Sacra Part. I. Pha-
leg. Lib. I. c. II. p. 46. c. Weissenburg. Terr. S. p. 131.
Xiphil. e Dionis Libro LXVIII. de Babylonico bitumi-
ne, aliisque plures. Præparari tamen debere hoc bi-
tumen, antequam medicamenta ingrediatur, vel ad
morbos corporis externos curandos idoneum & a-

ptum

ptum sit, necesse est, & diligenter materia Sulphurea
ab eodem separari. Reperiri adhuc alibi bitumen,
contendunt Historici; in regione Babylonica, credunt
cavernam esse, ex qua fons ingentem bituminis mo-
lem effundat, adeo ut muri Babylonii hujus fontis
bitumine fuerint interliti, referente Curtio Lib. V.
c. i. §. 16. & Justino Lib. I. c. 2. de Bitumine. Confir-
mat hoc Dio Cassius Lib. LXIX. p. 787 dicens; *Ibi*
Trajanus vidit lacum bituminis, ex quo mania Babylonis
discata fuerant, cuius tanta vis est, ut permixtum cum la-
teribus aut minutis lapidibus, quovis saxo & ferro sit po-
tentius. Ostium quoque ejus spectavit, unde tam gravis
balitus sursum manat, ut eum nulla animalia terrestria,
nullae volvres perforant, ejusque solo olfactu intereant.
Quod si & balitus altius se efferret, habuari certe locus is
non posset, nunc quasi revolutus ille suo loco continetur.
Huc spectat Gagates, nomen habens à Gagate fluvio
in Cilicia, ad eius litora copiose quondam invenie-
batur Gagates, qui quidem lapis dicitur, re ipsa au-
tem nihil aliud est, quam Asphaltum seu bitumen pu-
rissimum, sed durum & in lapide quasi mutatum,
prout docte exposuit ante citatus Physicus Medicus
que incomparabilis Magnif. Dn. D. Vater in Physio-
logia Sect. V. cap. V. th. 4. p. 356.

S. XXIX.

De Aquis lacus Asphaltitis notandum illas esse spis-
tas, folidas, foetidas, pestilentes, amarissimas & su-
pra alias marinas aquas falsas, ut eapropter Asphaltites
merito mare mortuum atque salium dici possit,
prout in Dissertatione priori §. 2. 3. 4. testimoniiis auto-
rum & rationibus confirmatum dedimus. Aquas
marinas & nostra adhucum ætate falsas esse, expe-
rientia docet quotidiana, adeo ut Poëtis celeberrimis
non

non inusitatum fuerit sal pro mari usurpare, qualia exempla extant in Virgilio Aen. I. v. 39. 177. III. v. 385. 848. 866. VI. 697. X. v. 214. Ceiri v. 461. 128. Catullo ep. 65. v. 67. 128. & Valerio Flacco Lib. III. v. 422. Lib. IV. v. 721. V. v. 121. Vid. Frid. Taubmannus Prof. olim Vitebergensis ad Virgil. Aen. p. 343. 527. 676. & Ceir. p. 62. Jo. Weitzius ad Val. Flacc. p. 147 & Hilarii Genesin v. 43. & Jean Laurenbergius Antiq. p. 397. Hanc maris proprietatem cum aliis maribus Asphaltites communem habet, quinno salsedine omnia maria antecedit. Vid. Adamnanus de Locis Sanctis Lib. II. c. 14. cuius testimonium in priori Disputatione §. III. citatum. Jean. le Clerc. Bibliorheque Choisie Art. VI. p. 267. Heidmanni Palæstin. cap. III. p. 63. Ed. in 4to. Brocardus in Descr. Palæst. cap. VII. §. 35. Salignacius Tom. IX. c. 6. Opp. &c. Causam, cur aquae marinæ sint salsæ, qui desiderat adeat D. Vateri Physiologiam Sect. V. cap. I. qv. 4. p. 327. 328. 338.

§. XIX.

Porro notabile est, contineri serpentem in lacu Asphaltite, cui nomen Tyrus est, si verbis Bernhardi de Breitenbach fides habenda; ita enim de eo scribit Büntingius in Itiner. S. Script. Part. I. p. 76. Und wie Bernhard von Breitenbach schreibt/wird auch im todten Meer gefunden die Schlange Tyrus/ davon macht man den Ze riack. Das ist ein klein Schlänglein/ eines halben Ellen Bogens lang/ und eines Fingers dick/ ist grauer Farbe mit rothen Flecken vermischt/ sie ist auch blind/ und hat strengen Gifft/ daß man ihn mit keiner Arzeten entgegen kommen kan/ sondern das Glied abhauen muß/ daß damit verletzt wird. Sie ist harschig umb den Kopff/ und so sie erzürnet wird/ wird sie geschen/ gleich als hätte sie Feuer auff der Zungen. H. J. Nos, quoniam unius autoritate niti suspectum est, ne in falsitatis notam in curra-

D

curra-

curramus, rem in suspenso relinquimus. Si enim una hirundo non facit ver, nec uno, sed multis opus erit testimonis ad certi & firmi quid concludendum. Equidem restatur Brocardus (qui depravate aliis Borchardus, aliis Brochardus dicitur) in descr. Palæst. p. 29. se multum subiisse laboris & itineris pro videnda statua Salis, in quam uxor Lothi conversa, sed a Saracenis se audivisse, locum illum non carere periculo propter serpentes, vermes, & feras bestias ibi locorum degentes; sed addit se postea coiperisse, rem non ita se habere. Conf. Jac. Ziegleri Descr. Terræ Sanctæ p. 24. b.

§. XX.

Ulterius de Asphaltite notatu dignum est, in eo nihil mergi, sed omnia eidem injecta fluitare. Plinius Lib. II. Hist. Nat. c. 103. dicit: *Nibil in Asphaltite Judeæ lacu, qui bitumengerit, mergi potest.* Tacitus Lib. V. Hist. c. 6. §. 6. inquit: *incerta unde* (pro incertum unde) *superjecta, ut solido feruntur; periti imperitique nandi, perinde attolluntur.* Josephus Lib. V. de Bello Jud. c. 5. ait: *Atque ea ratio, ut etiam que gravissima sunt, in eum jacta fluitent, demergi vero in profundum ne quidem de industria quisquam facile queat: nam & Vespasianus, qui visendie ejus causa illuc venerat, iussit quosdam natandi inscios, vinctis post terga manibus, in altum projecti, qui omnes, quasi Spiritus vi, sursum repulsi desuper fluitarunt.* Causa hujus proprietatis a gravitate aquarum lacus Asphaltitis petenda; cum enim haec sint graves, utique omnia illa eis injecta leviora sustinebunt; sin secus, considerim omnia eis injecta graviora submergi. Hoc in nostris quoque aquis observamus: quamcumque enim rem vis, accipe & eandem aquæ immitte, & videbis, si aqua gravior erit, eam leviorem rem, quam ipsa est, ei injectam ferre, graviorem autem descendere. At si a-

si aquae, & ejus, quam contra pensabis, par pondus erit,
nec pessum ibit, nec extabit, sed æquabitur aquæ, &
natabit quidem, sed pœne mersa, ac nulla eminens par-
te. Hæc causa est, cur quædam tigna supra aquam
pene tota efferantur, quædam ad medium submersa
sint ad æquilibrium aquæ, quædam descendant. Nam,
cum utriusque rei par pondus est, neutra res alteri ce-
dit, graviora descendant, leviora gestantur. Miran-
tur multi, cur navigia è fluminibus in mare se exone-
rantia in fluminibus profundius, quam in mari submer-
gantur. Sed nemini mirum subesse debet, cui notum,
quod sal mari sit mixtum, hocque marinas aquas densio-
res ponderosioresque reddat, inde fit, ut naves quoque
altius sustineat. Si igitur hoc procedit in nostris aquis,
multo magis id procedet in aquis lacus Asphaltitis, cum
hæc longe graviores sint nostris aquis, quoniam bitumi-
ne, sale, sulphure aliisque corpusculis refertæ, imo supra
alias aquas marinas sint falsæ; his autem cum destitutæ
sint aquæ marinæ nostri temporis, sequitur Asphaltiten
gravitate eas superare, adeo ut eis injecta submergere non
possint, nisi gravior sit moles, easque gravitate antecedat.
Corpuscula vero ante recensita aqua in lacus Asphaltitis
graviorem reddere, præter sanam rationem & sequens
experimentum evincere potest. Accipe enim duos scy-
phos, quorum alter aqua fontana, alter aqua ex sale dilu-
ta repletus sit. Hoc peracto projice ovum in priorem
scyphum aqua fontana repletum, & mox submerget;
projice idem in aquam sale egregie delibutam dilutam-
que, & jam id aquæ supernatare repieres. Mirum ita-
que amplius esse non potest, aquam lacus Asphaltitis
homines illos, quos Vespasianus vincitos jussit projici in
eum, ferre & sustinere potuisse, sic ut non submersi sint,

quia aqua gravior fuit ipsis corporibus ei injectis. Si vero Vespasianus manibus pedibusque illorum hominum ingentia plumbi pondera aut saxa appendisset, illos vix amplius comparuisse, crediderim. E contrario, quod asinus ille quem Arabes cum clitellis in hunc lacum præcipites dederunt, statim submersus sit, nec amplius comparuerit, prout Andreas Thevetus in Cosmographia memorat, qui se oculatum hujus rei testem exhibet, ratio est, quia asinus cum clitellis &c. gravior fuit ipsa aqua lacus Asphaltitis. Adeoque simpliciter ista proprietas intelligenda non est, sed addita supra aliiata restrictione & limitatione, quam tamen non observarunt Historici, ideoque invicem sibi contrariantur, dum alter affirmativam, alter negativam defendit sententiam, cum utraque meo iudicio, sit admittenda. Observat Plinius præter lacum Asphaltiten in lacu Siciliæ Agritentino, in Acusidamo Africæ, in Majoris Armeniæ Arethusa, non tam facile quid mergi, sed fere omnia fluitare, etiam lateres. In aliis contra, uti in lacu quodam Aethiopiæ, omnia simulac injecta fuerint, mergi, nec folia quidem arborum sustineri, quin protinus mergantur. Cujus rei rationem dare perfacile mihi foret, si propositi rationem transgredi animus esset.

S. XXI.

Præterea de Asphaltite notari meretur continuus perpetuusque fumus ex eodem proveniens. Sic enim Strabo Lib. XVI. Geograph. p. 882. refert. Plenus est bitumine, quod medio fundo, temporibus non certis, cum bullis quasi ferventis aquæ efflatur, ac tum superficies paludis curvata collis speciem præbet. Favilla multum emittit fumosæ, & que visum fallat, eri & argento ac terris omnibus rubiginem induit.

cens

cens, dempto solo auro. Cum vasa aruginem contrahunt, jam
accide intelligunt bituminis eruptionem appetere, ac sese arun-
dineis ratibus ad id inquirendum accingunt. Brocardus in sua
Descr. Ter. S. cap. 7. §. 35. inquit: *Mare mortuum semper*
est fumans & tenebrosum, sicut os inferni: ipse meus oculis
vidi tenebrimum & malum vaporem ex mari mortuo fuman-tem. Impropius fumum, proprius vero vapores pesti-
lentes, aut nebulas graves dixeris, qui ex mixtione sul-
phuris, Bituminis, salis & calefactione solis oriuntur. Hos
autem vapores adeo penetrantes esse, ut si quid argen-
ti vel aeris existat, immutet colorem naturalem, qui ta-
men in pristinum redeat, si alium in locum deferatur, ubi
vapor omnis exspiravit, aut nunquam eo pertigit, refert
præter Strabonem c.l. Diodorus Siculus Lib. 2. Bibl. Hist.
cap. 48. p. 127. Atque hæc causa est, quod montes a dex-
tris & sinistris lacui adjacentes sint steriles & aridi, quo-
niam exitialis vapor a vento pellitur eo. Vid. Tacitus
Lib. V. Hist. cap. 7. §. 1. Brocardus c.l. Ex quo sane seve-
rum Dei judicium in peccata Sodomitarum, vicinorum-
que colligas, qui eadem tot seculis ulciscitur, sic ut quasi
pœnas adhucdum luere videantur. Quodsi vero quis
cum Strabone evincere poterit ignem subterraneum ibi
locorum dari, cuius verba sunt sequentia Lib. XVI. Geogr.
p. 883. *Effusum autem ignem in solo ejus regionis, multi etiam aliæ*
signis docent: nam & petras asperas exustas circa Mosaada ob-
stendunt, & multis in locis cavernas exesas, & terram cineru-
tentam & prius guttas e petris destillantes, & flumina fætore
eminus edito effervescentia & habitationes passim oversas &c.
Cum Josepho Lib. II. Antiq. Jud. c. 12. divini adhucdum
in ea regione superstites esse ignis reliquias, quo cœlitus
demissi quatuor urbes everit Deus; & Hegesippo lib. 4.
de Excid. Hierosolym. sic loquente: *Arsere terræ, ar-*
denta-

dent aquæ, in quibus cœlestis ignis reliquiæ cognoscuntur, atque etiam nunc manent. Porro cum Büntingio cit. §. 16. loco bitumen, quod super lacum Asphaltiten natat, picis instar ardere; si inquam hæc tria quis testimoniis aliorum fide dignorum autorum & evidentissimis rationibus probare poterit, facile concederim, mare mortuum, fumum exhalare, ubi enim ignis ibi fumus; fin minus, mea stabit sententia.

XXII.

Porro Asphaltiten colores mutare, vulgo creditur. Josephus Lib. V. de Bello. Jud. c. 5. hanc Asphaltitis probat proprietatem his verbis: *Est adhuc mirabilis coloris mutatione. Superficiem enim ter quotidie mutat, & solis variata ratiōne resplendet.* Color Asphaltitis vere & realiter non mutatur, nisi exorta tempestate procellosa, cum aqua corporiculis sulphureis &c. in fundo ante positis, jam vero vi tempestatis sursum exortis diluta densior crassiorque redditur, atque hoc modo colorem priorem mutet, quod aquis nostri temporis haud insolitum est. Possunt tamen colores Asphaltitis mutari intentionaliter ex diversa lucis vel radiorum solarium refractione & oculi spectatoris diversimode positi, vel locati reflexione. De intentionalis colorum mutatione legi meretur fusiis Kirscherus in mundo subterraneo, qui modum intentionalis mutationis exponit copiosissime eruditissimeque.

§. XXIII.

Ulterius nulla aquatilia vel producere vel conservare Asphaltiten posse, sed pisces è fluviis lacum Asphaltiten influentibus Jordane sc., Arnon, & Zareth aquarum impetu in eundem delatos, nisi mox fuga vitam salvent & renatent, illico necare, sentiunt Historici, quo-
rum

rum testimonia evidentissima, cum in priori Disp. §. 2.
citata sint, hinc ea repeteremus nolo. Causa hujus rei est pe-
stilentia aquarum, utpote quibus sulphur, bitumen, sal &
alia noxia admixta sunt. Nemo est, qui nescit, quanta sit
sulphuri vis & potentia: terræ enim motus & subterranea
incendia ex eo potissimum fiunt, ac pulveris pyrii propte-
rea ingreditur compositionem, qui momento ignem
concepit, & maxima etiam propellit pondera: nullus, qui
ignorat, quanta pestilentia eidem insit, tunc ut bitumen &
sal, quod in se bonum est, sua odoris gravitate & pestilentia
inficiat & corrumpat, quo ad conficienda medicamenta
minus idonea sunt, nisi prius præparentur. Hanc pesti-
lentiam pisces in eum devoluti sentiunt, eandemque per-
ferre non possunt, sed simulac aquam sapore pestifero
præditam imbiberint, pestilentia aquæ vici mori co-
guntur.

§. XXIV.

Nec ultimo tandem silentii supparo involvenda sunt
ea, quæ de fructibus ad ripam lacus Asphaltitis natis refe-
runtur. Conspici enim ibi varios fructus, præsertim au-
tem poma magna copia, fertur, quæ foris rubent, specie-
que sua eisdem persimilia sunt, intus autem plena fumo
& cineribus, digitorumque contritu in fumum resolvun-
tur, testibus probatissimis autoribus. Josephus Lib. V.
de Bello Jud. c. 5. inquit: *Denique abduc in ea divini religias*
ignis & oppidorum quinque videre licet imagines & renascentes
in fructibus cineres, qui colore quidem edulibus sunt similes, car-
pentium vero manibus in fumum dissolvuntur & cinerem.
Tacitus Lib. V. Hist. cap. 7. §. 1. ait de iisdem: *baud procul*
inde campi, quos ferunt olim uberes, magnaque urbis habitato-
ris fulminum jactu arsisse: & manere vestigia, terram ipsam
specie torridam, vim frugiferam perdidisse. Nam cuncta sponte
edi-

edita, aut manusata, sive herbatenus aut flore, seu solitam in
speciem adolevere, atra & inania velut in cinerem vanescunt.
Audiamus Augustinum Lib. XXI. de Civ. Dei c. 5. loquen-
tem: *Poma in terra Sodomorum gigni quidem, & ad maturi-
tatis faciem pervenire, sed morsu pressuere tentata in fumum
& favillam corio fatiscente vanescere.* Conf. cit. Lib. c. 8.
Bünting. Itiner. Script. S. part. I. p. 76. Certe singulare
admiracionis exemplum, amoenitatis & jucunditatis opu-
lentissimarum civitatum, utpote Sodomæ, Gomorrhæ,
Adamæ & Seboim ante eversionem, & calamitatis subse-
cutæ post eversionem, repræsentans imaginem.

S. XXV.

Hæc sunt L. B. quæ de Asphaltite in præsentiarum
partim fide nixus celeberrimorum Historicorum, par-
tim ratione, ubi opus fuit, tradere & tecum communicare
volui. Spero mihi per perswasum habere, nihil in hac
pagellarum angustia omissum esse, quod de Asphaltite
notari merebatur. Si qvæ autem præter opinionem
omissa, ea ut pro tua humanitate addas & corrigas, mi-
hique significes, est qvod obnixe rogo. Interea scias
me ea omnia quæ in disputatione opposita sunt, non pro
apodicite, sed probabiliter saltem veris venditare, cum
loca Terræ Sanctæ petendi & cuncta experientia pro-
pria comprobandi facultas hactenus mihi data non fue-
rit. Quinnimo cum neque absque maximo vitæ discri-
mine, cunctorumque bonorum dispendio ea loca peti-
possint; hinc illud Demosthenis apud Gell. L. I. Noct.

Attic. c. 8. usurpo ἐν ἀνθετι τοσάτων μεταμέλειαν:
Tanti poenitere non emo.

F I N I S.

Aug VI 15



Sb.

Rho
VD 77
KD 18
E



B.I.G.



51
F. F. Q. S.
DISSERTATIONEM POSTERIOREM
De

ASPHALTITE

Occasione Dicti

Gen. XIV. comm. 3.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
Serenissimo Principe ac Domino
DOMINO

FRIDERICO AUGUSTO,

Electoratus Saxonici Haerede,

&c.

In Academia Vitembergensi
Ventilationi exponunt,

PRÆSES

M. GVILIELMUS WILCKIUS,

Memela-Borussus,
& RESPONDENS

JO. GEORGIUS SCHULTZIUS,
Nürnberg. Phil.Cand.

In Auditorio Collegii veteris,
ANNO MDCCVI. die 28. Aprilis.

VITEMBERGAE,
PRELO CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.

